



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 90119266**

§. 65. Lucubrationes & decessus Scriptorum Acatholicorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](#)

Sæc. XVIII. cui titulus: *Recursus animæ ad Deum*  
A. C. 1710. conversæ.

§. LXV.

*Lucubrationes & decessus Scriptorum Acatholicorum.*

*Mem. des Hom. Illust.* Ex Scriptoribus Eterodoxis hoc annis defunctis magis celebrantur. I. Thomas Ittigius, qui scripsit de hæresiachis primis, Prolegomena in Josephina opera, Bibliothecam Patrum, tractatum de Bibliothecis, & catenis Petrum, Historiam Synodorum Calvianarum in Galliis, selecta capita Historiæ Eccl. Sæculi I. & II. Exercitationes Theologicas, Historiam Concilii Nicæni, de termino Gratiae Divinæ, disputationes & alia nonnulla. II. Georgius Bullus edidit duas differentiationes de Justificatione, defensione fidei Nicænæ, Judicium Ecclesiæ Catholicæ trium primorum sæculorum de necessitate credendi Jesum esse verum Deum, primitivam doctrinam dogmatis de Christi unitate & plura ali. III. Gabriel Croesus publici juris fecit Historiam Quakerianam, Homerum Hebraizantem, & Statum Hollandie. IV. Joannes Braun elucubravit veram Batavorum religionem, tractatum de vestitu Sacerdotum hebræorum, doctrinam fœderum, commentarium

epistolas ad Hebræos, & selecta Sacra. Sæc. XVIII.  
V. Henricus Basnage prælo subjicit A.C. 1711.

suam tolerantiam Religionum, Historiam de eruditorum libris, unacum ejus apologia contra Jurieum, examen doctrinæ Juriei, epistolam circa controversiam inter Jurieum & Baylum, responsum ad Apologiam Juriei, & epistolam fidelium Gallorum ad Jurieum.

### §. LXVI.

#### *Funestus Josephi I. Imperatoris Augustissimi obitus.*

Annus hujus saeculi undecimus toti *Conlin Reg.*  
pene Europæ fatalis funestusque *Carol. VI.*  
fluxit; Luxit enim Gallia Delphini, & <sup>pag. 261.</sup> *Wagn. Hist.*  
Austria Josephi I. Imperatoris obitum: <sup>Joseph. I.</sup>  
Ex his posterior, postquam urgentibus <sup>pag. 407.</sup>  
gravissimis Imperii negotiis plurium  
horarum consultationi interfuerat, die  
nona Aprilis insolito lanuore coripi  
cœpit, quem tamen pro singulari animi  
viriumque suarum magnitudine con-  
tempserat, fors tum feralem eluctatu-  
rus casum, si Ovidii Chronodisticon  
obitus sui annum præsagiens observare  
voluisset: *PrIncIPII obIa, sero Me-*  
*DICIna paratVr.* Ipse vero quamvis  
leviore, ut videbatur, febricula pres-  
sus esset, altera tamen ejusdem Men-

S 3

sis